

aliquem vestrum, A. B. C. D. E. F. &c. unum esse volumus, Justiciarios nostros § 6. Ad inquirendum.  
 ad inquirendum per Sacramentum proborum & legalium hominum de Comitatu prædicto, (per quos rei veritas melius sciri poterit) de omnibus & omnimodis Feloniis, Veneficiis, Incantationibus, Sortilegiis, Arte magica, Transgressionibus, Forstallariis, Regrataris, Ingrossariis, & Extortionibus quibuscunque; ac de omnibus & singulis aliis malefactis & offensis (de quibus Justiciarii Pacis nostræ legitime inquirere possunt, aut debent) per quoscunque & qualitercunque in Comitatu prædicto factis sive perpetratis, vel imposte- rum ibidem fieri vel attemptari contigerit: Ac etiam de omnibus illis qui in Comitatu prædicto in Conventiculis contra Pacem nostram, in perturbatio- nem populi nostræ, seu vi armata ierint vel equitaverint, seu imposte- rum ire vel equitare præsumperint; ac etiam de omnibus his qui ibidem ad gen- tem nostram mahemandum vel interficiendum in insidiis jacuerunt, vel im- posterum jacere præsumperint: Ac etiam de Hostelariis, & aliis omnibus & singulis personis qui in abusu Ponderum vel Mensurarum, sive in venditione Victualium, contra formam Ordinationum & Statutorum, vel eorum alicujus inde pro communi utilitate Regni nostræ Angliæ & populi nostræ ejusdem e- ditorum, deliquerunt, vel attemptaverunt, seu imposte- rum delinquere vel at- temptare præsumperint in Com' præd': Ac etiam de quibuscunque Vicecomiti- bus, Ballivis, Seneschallis, Constabulariis, Custodibus Golarum, & aliis Offici- ariis, qui in executione Officiorum suorum (circa præmissa seu eorum aliqua) indebite se habuerunt, aut imposte- rum indebite se habere præsumperint, aut tepidi, remissi vel negligentes fuerunt aut in posterum fore contingerint, in Comitatu prædicto: Et de omnibus & singulis articulis & circum- stantiis & aliis rebus quibuscunque; per quoscunque; & qualitercunque; in Com. præd' factis sive perpetratis, vel quæ in posterum ibidem fieri vel attem- ptari contigerit, qualitercunque; præmissorum vel eorum alicujus concernen- tibus plenius veritatem: Et ad indictamenta quæcunque; sic coram vobis seu aliquibus vestrum capta, sive capienda, aut coram aliis nuper Justiciariis Pacis in Com' præd' facta sive capta (& nondum terminata) inspicendum: Ac Indicta- menta capere. Processus facere.  
 ad Processus inde versus omnes & singulos sic indictatos, vel quos coram vo- bis in posterum indictari contigerit, (quousque; capiuntur, reddant se, vel utla- gentur) faciendum & continuandum. Et ad omnia & singula Felonias, Vene- ficia, Incantationes, Sortilegia, Artes magicas, Transgressiones, Forstalla- rias, Regratarias, Ingrossarias, Extortiones, Conventicula, Indictamenta prædicta, cæteraque omnia & singula præmissa, secundum Leges & Statuta Regni nostræ Angliæ, (prout in hujusmodi casu fieri consuevit aut debuit) Au- diendum & Terminandum; & ad eosdem Delinquentes, & quilibet eorum, pro delictis suis, per Fines, Redemptions, Amerciamenta, Forisfacturas, ac alio modo (prout secundum Legem & Consuetudinem Regni nostræ Angliæ, aut formam Ordinationum vel Statutorum prædictorum, fieri consuevit aut de- buit) castigandum & puniendum.

Proviso semper, quod si casus difficultatis super determinatione aliquorum præmissorum coram vobis, vel aliquibus duobus, vel pluribus vestrum eve- nire contigerit; tunc ad Judicium inde reddendum, nisi in præsentia unius Ad audiendum & terminandum.  
 Justiciarioium nostrorum de uno vel de altero Banco, aut Justiciarioium nostro- rum ad Assisas in Com' præd' capiendas assignatorum, coram vobis, vel aliqui- bus duobus, vel pluribus vestrum, minime procedatur.

Charge to the Justices.

Et ideo vobis & cuilibet vestrum mandamus, quod circa custodiam Pacis, Exceptio-  
 Ordinationum, Statutorum, & omnium & singulorum cæterorum præmissorum, diligenter intendatis. Et ad certos dies & loca, quæ vos vel aliqui hujus- modi, duo vel plures vestrum (ut prædictum est) ad hæc provideritis, super præmissis faciatis Inquisitione, & præmissa omnia & singula audiat & terminetis, ac ea faciatis & expleatis in forma prædicta inde quod ad Justi- tiam